



Nobilissimo Vir,

Vulcanus noster Kalthovius, me instigante, Laminam  
hancce rotundam superficie plana, tandem perfecit.  
Eamq; filio tuo, subtilissimo mathematico, placitum sperat.  
Hostimonti loco nihil potit. ne  $\chi\epsilon\upsilon\beta\epsilon\alpha$   $\chi\alpha\chi\epsilon\iota\alpha\upsilon$ . Alchy-  
mista plumbum aut ferrum in aurum transmutare pra-  
tendunt. sed hactenus frustra. Ille autem divissimum  
illud metallum in concavum et convexum vitrum mutari  
optat. hoc est cambium quod desyderat. Ita unius docta manus  
alteram ditabit. Ego autem eucharisticum illud tuum verbum  
estimo. Non est ingenui expectare beneficium ab eo, cui  
summo opere obstructus es. Non possum cum Baudio gloriari  
in paupertate, me habere magnatis debendi reos. atq; in  
eo divitias suas collocabit. interim non solobat spernere  
 $\theta\epsilon\omega\upsilon$   $\epsilon\epsilon\iota\kappa\upsilon\delta\epsilon\alpha$   $\delta\omega\epsilon\alpha$ .

Beatos ego iudico qui in hoc doctissimo saeculo, possunt inventis  
aliquid addere. Nos christiani praesertim aciem mentis et  
oculorum in patriam intentiones habere debemus.

Felices animae quibus haec cognoscere prima  
In quo domos superum scandere cura fuit.

Credibile est illos pariter vitisq; iocisq;

Altius humanis exornasse caput.

sic olim ingeniosissimus Poeta. Vale saeculi nostri orna-  
mentum, et serus cum praestantissima familia, cali quod  
nunc omnino videmus, fias beatissimus incolae, calcans sub  
pedibus stellantia sidera, ridens hominum curas.

Mus omni obsequio  
et affectu

A. Colvius

Dordraci  
10. Cal. mart. 1655.

Mijn Heer

Mijn Heer van Zúlichom

S. J. Jansen - Haghe

met een ijzer-plaat